



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 26. Concilium Londinense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

Sæcul. XII. nensi, ut ceteris epistolam suam com-
 A C. 1166. municaret. Scripsit quoque Archiepi-
 scopo Rotomagensi, omniaque Papam
 edocuit, petens, ut acta a se confirma-
 ret. Interea Rex Walterium Docto-
 rem *de Insula* in Angliam misit, literas
 de his, quæ Chenone acta erant, de-
 laturum, & Anglos monituum; Ap-
 pellationem interpositam esse, ipsi portus
 custodirent, Clerici autem Archiepi-
 scopo obedire non præsumerent.

ep. 143. 138.

§. XXVI.

Concilium Londinense.

Haud diu post Episcopi, jubente Rege,
 Londini cum quibusdam Abbatibus
 congregati appellare contra Archiepi-
 scopum decreverunt. Primi appella-
 runt Episcopi Londinensis & Sares-
 beriensis. Exoniensis * eo adduci non
 potuit. Rosensis excusari se rogavit ob
 morbum, quem omnes simulari credide-
 runt. Episcopus Wintoniensis quoque
 se excusavit, rescribens in hæc verba:
*Vocor a Summo Pontifice, a quo appel-
 lare nolo.* Credebant Episcopi, ipsum
 a Papa mandatum accepisse, ut veni-
 ret; sed ipse innuere volebat, se, cum
 ad ultimam senectutem pervenisset, jam
 jam ad tribunal Jesu Christi vocandum
 esse. Is enim erat Henricus, Stephani
 Regis frater, qui Sedem Wintoniensem
 tunc

* Excester.

tunc annis triginta septem tenebat. Sæcul. XII. 3
 Ceteri Episcopi Appellationem suam ad A. C. 1166.
 Papam ipsi Pontifici & Archiepiscopo
 insinuarunt, duabus epistolis, nomine
 Suffraganeorum Sedis Cantuariensis, da-
 tis, quarum hæc est Summa.

§. XXVII.

Epistola ad Papam.

In epistola ad Papam dicunt: *Meminisse*
te credimus, Pater, te jam dudum Re- I. ep. 128.
to. 10. Conc.
p. 447.
gem, Dominum nostrum, per literas,
Episcopis Londinensi & Herfordiensi
commissas, commouisse, ut non nullos
abusus in Regno suo tolleret. Is mandato
tuo debita veneratione suscepto, respondit,
se hos abusos emendaturum & Ecclesiæ
Regni sui pariturum iudicio. Nam Rex
piissimus nihil magis in votis habet, quam
scandala in Regno suo abolere, & per-
petuam pacem conservare; quam cum
Clericorum quorundam insolenti audacia
turbari videret, debitam Ecclesiasticorum
ordini reverentiam exhibens, reos ad Epi-
scopos Judices detulit. Ii, limites Juris-
ditionis suæ non egressi, homicidium, verbi
causa, sola Clerici delinquentis depositione
punierunt. At persuasum sibi habet Rex,
pœnam banc longe minorem esse flagitio,
nec stabiliendæ paci publicæ satis prospici,
si Lector vel Acolytus latro, nihil nisi
muneris sui amissionem timeat. Clericis
ita-